

optime circumuolui Et stricte sui. & cum illud corium desicatur ita restringitur circa manus quod nullo modo posset ab inde moueri & sic dimititur ibi passionata morte finire quia se iuuare non potest & ad comedendum non habet & si comedere vult de erbis oportet ut serpat per terram & per hunc modum fecit baronem perire. & ideo tam crudeliter fecit ipsos tractari. quia quod nequiter se gesserant in illo exercitu intellexit. Ittem uobis unum mirandum dicemus videlicet quod dicti duo barones in supradicta insula castrum unum ceperunt. Et quia homines 58<sup>r</sup> de castro se reddere contempserant preceperunt quod omnes forent decapitatj| & *vide de lapi[dum] virtuti-mortui.* decapitati fuerunt omnes exceptis nouem qui nullo modo fero poterant *bus* incidi. & hoc erat uirtute quorumdam lapidum. quia quilibet eorum lapidem unum habebat intra pelem & carnem ita quod non uidebatur exterius. Et isti lapides era[n]t taliter incantati & talem habentes uirtutem quod ferro mori non poterant donec supra se ipsos haberent. Quo intellecto per barones eos fecerunt clavis mactari & mortui sunt quibus mortuis lapides fecerunt de brachijs eorum extrahi quos ualde caros tenebant. Et isto modo accidit de hac ystoria qualiter audiuitis//:—

/hic naratur de modo & manerie ydolorum :/

**P**osquam de hac ystoria narauiimus & de debelatione & infortunio gentium magni can. nunc dicemus de ma[ne]rie ydolorum. noueritis itaque quod *hic sunt diuer[sa] ydola* ydola cathay & manci & de istis insulis sunt omnia de manerie una. Et *gentiu[m]* illi de hac insula & etiam alij ydola adorantes habent ydola cum capitibus boum. aliqui sunt cum capitibus porcorum. aliique canum & arietum. & diuersarum aliarum manerierum. aliique sunt habentia unum capud & duos vultus. aliique sunt habentia tria capita. unum videlicet in loco debito. alia uero duo super quamlibet spatulam unum. sunt etiam aliique ydola quatuor manus habentia. aliique x aliqua .m. & illa sunt que virtuosiora retinent. & maiorem reuerentiam 58<sup>v</sup> habent in eis. Et quando xpistiani ab eis inquirunt cur eorum| ydola faciunt sic diuersa. respondent. sic reliquerunt nobis predecessores nostri & nos nostris filijs & successoribus relinquemus. sfacta quidem istorum ydolorum sunt de tot diuersitatibus & operibus diabolorum. quod in nostro [libro] dicenda non sunt. quoniam nimis nepharium & abhominabile foret talia enarrare. set tamen hoc scire uos uolumus. quod omnes adorantes ydola in hijs insulis comorantes pro maiori parte quando aliquem hominem capiunt qui non sit eorum amicus & qui se non ualeat redimere pro moneta. conuitant omnes consanguineos & amicos ad *vide aliud genus mortis* domum & facientes hominem captum occidi. ipsum decoctunt & in caritate eum comedunt tunc decoctum dicunt enim quod humana caro sapidior est & melior que ualeat intueniri. Et noueritis quod mare ubi est insula ista/ nuncupatur mare cin quod est dicere mare quod contra manci est. Et in lingua istorum de hanc *mare cin*